Petrus <Lombardus>; Henricus <de Gorichem> [Comm.]: Sententiarum libri IV (cum conclusionibus Henrici de Gorichem et problematibus S. Thomae articulisque Parisiensibus)
[Freiburg i. Br.: Kilian Fischer], [ca. 1492] Seite 209



¶ Quõ originale pcꝫ m̃ dimittatur in baptiſmo. cũ ⁊ poſt ſit illa ↄcupiſcẽtia que dr̃ originale peccatum. a

Di. XXXII

Quoniã ſupra dictũ eſt originale pctm̃ eſſe vitium ↄcupiſcẽtie: aſſignatũq̧ quõ a parẽtib⁹ trahaꝛ ⁊ originale dicaꝛ. ſupeſt inueſtigare quõ in baptiſmo dimittaꝛ cũ etiã poſt baptiſmũ remaneat cõcupiſcẽtia que añ fuerat. Vñ videꝛ vꝛ pctm̃ originale nõ eſſe ↄcupiſcẽtia. vel nõ remitti ĩ baptiſmo. Manet quippe vt ait Aug⁹. ĩ corpe mortis hui⁹ carnalis ↄcupiſcentia. cui⁹ vitioſis deſiderijs nõ obedire p̃cipimur. Que tñ ↄcupiſcẽtia quotidie minuiꝛ in pficientibus ⁊ ↄtinentib⁹. ſꝫ licet remanet cõcupiſcentia poſt baptiſmũ. nõ tñ dñaꝛ ⁊ regnat ſicut añ. imo p gratiã baptiſmi mitigaꝛ et minuiꝛ. vt poſt dominari nõ valeat: niſi quis reddat vires hoſti eundo poſt ↄcupiſcẽtias. Nec poſt baptiſmũ remanet ad reatũ. qꝛ non imputatur in pctm̃. ſꝫ tm̃ pena peccati eſt. Añ baptiſmum vero pena eſt ⁊ culpa.

Aug. in li. de nuptijs ⁊ cõcupiſcentia

¶ Qꝫ originale peccatum duobus modis dimittitur. ſcꝫ extenuatione ſui. ⁊ ſolutione reatus. b

Duplici ergo rõne peccatũ originale dr̃ dimitti in baptiſmo. qꝛ p gratiã baptiſmi vitiũ ↄcupiſcẽtie debilitaꝛ atq̧ extenuaꝛ. ita vt iam nõ regnet niſi conſenſu reddanꝛ ei vires. quia ⁊ reatus ipſius ſoluiꝛ. Vñ Aug⁹. in libro de baptiſmo puulorum. Gratia p baptiſmũ id agiꝛ. vt vetus homo crucifigaꝛ. ⁊ corp⁹ peccati deſtruaꝛ. non ita vt in ipa viuentẽ carne cõcupiſcentia reſperſa ⁊ innata repẽte abſumaꝛ ⁊ non ſit. ſed ne obſit mortuo que inerat nato. Nã ſi poſt baptiſmũ vixerit in carne habet ↄcupiſcẽtiã cũ qua pugnet. eamq̧ adiuuãte deo ſuperet. ſi tñ nõ inuacuũ gratiã eius ſuſcepit. Nõ itaq̧ hoc p̃ſtaꝛ in baptiſmo: niſi forte miraculo ineffabili creatoris. vt lex peccati q̃ eſt in mẽbris prorſus extinguaꝛ ⁊ non ſit. ſꝫ vt quicq̃d mali ab hoĩe factũ. dictũ. cogitatumq̧ eſt. totum aboleaꝛ: ac velut factũ nõ fuerit habeatur. Ipſa v̾o ↄcupiſcentia ſoluto reatus vinculo: quo p illã diabolus animã retinebat. et a ſuo creatore ſepabat. maneat in certamĩe

Autoritates de vno mõ remiſſionis

¶ Ecce hic aperte oñdit ea ratione dimitti ĩ baptiſmo. non quia nõ maneat poſt baptiſmum. ſed quia reatus in baptiſmo aboletur

¶ Deinde idẽ ipſe oſtendit eo modo etiam dimitti quia baptiſmi gratia concupiſcentia ipſa mitigaꝛ ⁊ minuitur: in eodẽ libro ita dicens. Lex carnis quã apoſtol⁹ appellat peccatum cũ ait. Non regnet peccatũ in veſtro mortali corpe. non ſic manet in mẽbris eorũ qui ex aqua ⁊ ſpirituſancto renati ſunt. tãq̧ nõ ſit ei⁹ facta remiſſio. vbi omnino plena fit remiſſio peccatoꝝ. ſꝫ manet in vetuſtate carnis tanq̧ ſupatũ ⁊ pemptũ niſi illicito ↄſenſu qdammodo reuiuiſcat: ⁊ in regnum pprium dominationẽq̧ reuoceꝛ. Hic apte inſinuaꝛ ĩ baptiſmo ↄcupiſcentiã debilitari. ex quo ⁊ dr̃ dimitti: non ſolũ ideo qꝛ reatus ibi ſoluitur. Quẽ remiſſionis modũ alijs etiã plurib⁹ teſtimonijs ſcriptura edocet. Ait enĩ Aug⁹. cõtra Julianũ. Lex in membris eſt: vitium carnis eſt. qd ex pena peccati ⁊ ex traduce mortis puenit. Sed lex iſta que eſt in mẽbris. remiſſa eſt regeneratione ſpirituali. ⁊ manet ĩ carne mortali. Remiſſa eſt. quia reatus ſolutus eſt ſacramẽto quo renaſcuntur fideles. Manet aũt: quia operaꝛ deſideria contra q̃ dimicant etiã fideles. Idem ĩ ſermone quodam de concupiſcẽtia carnis. Per gratiã baptiſmatis ⁊ lauacrũ regenerationis ſolutus eſt ⁊ ipſe concupiſcentie reatus cũ quo eras natus. ⁊ quicq̃d antea cõſenſiſti male cõcupiſcentie. ſiue cogitatione. ſiue locutione. ſiue actione. Idem in libro de nuptijs ⁊ cõcupiſcentia. Concupiſcẽtia carnis licet in regeneratis iam nõ deputeꝛ in peccatũ quecũq̧ tamen proles naſcitur. obligata eſt originali peccato. Item. Dimittiꝛ concupiſcẽtia carnis in baptiſmo. non vt nõ ſit: ſed vt non imputetur in peccatum. Hoc eſt enĩ nõ habere peccatũ. non eſſe reum peccati. Quomodo ergo alia peccata p̃tereunt actu ⁊ remanent reatu. vt homicidiũ ⁊ ſimilia. Ita cconuerſo fieri poteſt vt concupiſcẽtia pretereat reatu ⁊ remaneat actu. Ex predictꝭ euidẽter monſtratur quomodo peccatũ originale ĩ baptiſmo remittatur.

¶ De feditate quã caro ex libidine coit⁹ cõtrahit: vtrũ in baptiſmo diluatur. c

Solet aũt hic queri. vtrum ⁊ ipſa caro in baptiſmo ab illa feditate purgeꝛ: quam in conceptione ex cõcupiſcentia libidinoſa cõtraxit: Quibuſdã videtur q̧ ſicut anima a reatu purificaꝛ. ita ⁊ caro ab illa pollutione purgaꝛ. Vt ſicut duob⁹ compleꝛ myſteriũ baptiſmi. ſ. aqua ⁊ ſpiritu ita ibi duo purgenꝛ. anima ſcꝫ a reatu. ⁊ caro ab illa ↄtagione. quod quidem probabile eſt

Quidã dicũt carnẽ mũdari ab illa polutõe. alij no

Autoritates de altero

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-333/0209
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG